

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

De virtute & vitio libellus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

discedit, vltro & fortunę opera lateres inde exituros cęsens. neq; quisquam lanis & corio partis sedet fortunam precās vt vestem sibi ex iis aut calceos efficiat. qui verō multum auri, argenti, mancipiorum collegerit, in aulis habitet multitoribus, atque ante se habeat lectulos sumtuosos & mensas: censebit ista, si absit prudentia, felicitatem fore, aut vitam beatam, doloris expertem, & mutationis securam? Interrogauit quidam reprehendendi animo Iphicratem, quis esset, cum neque atma, neque arcum, neq; cętras ferentium in ordine cęleretur. respondit, Eum se esse, qui hisce omnibus imperaret atque vteretur. Ita prudentia neque aurum est, neque argentum, neque gloria, neque valetudo, neque diuitię, neque robur, neque pulcritudo. quid ergo ea est? id quod recte vti his omnibus potest, ac singula horum iucunda facit, laudabilia, vtilia, cum sine hac inutilia, sterilia, damnosaq; sint, & molestiam ac dedecus possidenti ea adferant. Pręclare itaque Prometheus apud Hesiodum præcipit Epimetheo,

--- Ne munera magno

Ab Ioue missa Siquam accipiat, sed habere recuset: 20

nimirum de fortunę bonis & externis loquens: pęinde ac si musicę ignarum canere fistula, aut recitare indoctum, aut equitare ignarum equi gubernandi veteret: ita eum hortās ne magistratum gerat cum imprudens sit, nęve sit diues, animo præditus illiberali, nęve vxorem ducat, sub eius futuris imperio. Non enim duntaxat res secundę indigno oblata occasione stultis exhibent malorum consiliorum, vt Demosthenes dixit: sed & prosperitas merito maior in prudentibus calamitatum ansa & origo est.

Prudentia quid.

PLVTARCHI DE VIRTUTE

& Vitio, libellus.

VESTES hominem videntur calefacere, cum quidem ipsę calorem non adferant, suapte natura frigidę: (vnde etiam sæpe in æstu aut febre vestes subinde mutamus corporis refrigerandi gratia) sed calorem qui ex hominis editur corpore, vestes corpori adhibita continent atq; comprimunt, inclusumq; corpori nō patiuntur dissipari. Idem in rebus error multos decipi-

decipit, qui suauiter se victuros putant, si in magnis habitent aedibus, multitudine mancipiorum & pecuniarum instructi. Atqui non foris est vitæ suauitas: sed rebus suis ex ingenio suo tanquam fonte voluptatem & gratiam adfert homo.

Sed lucente foco domus adpectu quoq; fiet

Pulchrior:--- & diuitiæ gratiores sunt, & gloria splendidior ac potentia, si animi læticia accedit. siquidem paupertatem etiam, exsiliū, & senectutē facile & placide obmorū mansuetudinem ac facilitatem ferunt. Sicut enim aromata gratū odorem etiam lacernis & centonibus conciliant, cum Anchisæ corpus saniam malam ederet,

In flis desillantem Vestis bisina:

ita cum virtute omne vitæ genus molestiæ expers est & iucundum: vitium iis etiam quæ splendida videntur & preciosa & veneranda si admisceatur, molesta facit, & fastidiosa, & ingrata possidentibus.

*Vitiurum
Sis.*

Beatus iste nuncupatus in foro,

Foribus domus apertis est miserrimus:

mulier totum occupat imperium, mandat, pugnat. Et verò facile mala se exoneret muliere, qui quidem vir sit, nō mancipium. Vitiis verò tuis non licet remisso nuncio, iussisque suas res habere, seorsim viuere liberatum iis & quiete frui. Vitium enim in ipsis habitans visceribus atq; inhærens noctes diesque

Abq; face exurit, cruda mandatq; senecta.

Molestus est itineris comes prauitas ob arrogantiam, sumtuosus conuiua ob luxuriam, concubina acerba, quod curis & sollicitudinibus ac æmulationibus somnum auerit ac vitiat. Etenim dormientibus somnus corporis est requies: animo interim terrores obuersantur, somnia, tumultus ob superstitionem:

Quod dormitantem si me corripit dolor,

Insomnijs miser enecor, --- ait quidam. Eodē modo

inuidia etiam, & metus, & ira, & libido afficiunt. Interdium enim vitium foras prospiciens ad alios, iisq; se accommodat, pudore afficitur & occultat affectum, neque omnino imperibus suis concedit, sed repugnat sæpe ac renititur. in somnis autem legibus iam & aliorum iudiciis non amplius obnoxium, remotumque longissime à verecundia & me-

*Somnus
Vitiis forū.*

tu, omnem mouet cupiditatem, maliciamque suam & libidinem exfufcit. nam & cum matre concubitum affectat, vt ait Plato, & cibus vefci quibus religio interdicit, neque villo facinore abftinet, fruitorque flagitiis quantum datur, imaginibus fingendis ac vifis quæ in nullam voluptatem aut perfectionem cupiditatis definunt, fed mouere tantum & exacerbare affectus morbosque valent. Vbi ergo eft delectatio vitij, fi nullibi vacuitas curarum & doloris, nullibi feipfo contentum effe, nullibi tranquillitas animi ociumve conceditur? Nam carnis quidem voluptatibus bona corporis temperies & fanitas locum ortumque prebet. animo gaudium aut læticia ingenerari non poteft, nifi vacuitatem metus ac fiduciam & tranquillitatem is pro fundamento fubsternat. alioquin etfi spes aliqua aut delectatio arriferit, subito eam cura aliqua erumpens confundet ac conturbabit, ficut tranquillo cælo nauigantibus obiecta rupes. Congere aurum, collige argentum, ædifica ambulationes, imple mancipijs domum, debitoribus urbem. nifi animi affectus fedaueris, & inexpletæ cupiditari finem impofueris, teque ipfum metu & follicitudinibus liberaueris: vinum febricitanti colas, mel biliolo offers, cibos cæliacis paras & difficultate intestinorum laborantibus, qui eos nõ perferunt, fed ab iis perduntur. Non vides, vt ægroti puriffimos & preciosos cibos auerfantur, conſpuunt, recufant vioblatos? Postmodò mutata temperie, bonisque ſpiritibus & dulci ſanguine natis, caloreque naturali reſtituto, ſurgunt, & vilem panem cum caſeo & naſturtio non ſine voluptate edunt? Huiusmodi doctrina animo ingenerat affectionem. Contentus eris te ipſo, ſi didiceris quid bonum ſit, quid honeſtum. Luxuriabis in paupertate, & rex eris, vitamque priuatam & ocioſam non minus habebis gratam, quam quæ in imperijs & magiſtratibus agitur. Philoſophiæ nauata opera, nunquam iniucunde viues, ſed diſces omni vitæ ſtatu delectari, omni conditione. Læticiam tibi afferent diuitiæ, multis benefacienti: afferet etiam paupertas multis curis vacuo: & gloria, cum honore afficietis: & obſcuritas, tuto ab inuidia.